5.

DE

CASTELLIS ROMANORVM IN SAXONIA SVPERIORE

DISSERTATIO

QVAM

CONSENSV

MAGNIFICI PHILOSOPHICI ORDINIS

IN ACADEMIA PATRIA

COLLOQVIO CVM ERVDITIS PVBLICO

EXAMINABIT

M. BENEDICTVS CHRISTIANVS DEER

RESPONDENTE

IOHANNE AVGVSTO STRECKFVSIO

LIPS. L. V. S.

LIPSIAE A. D. IIII. OCT. A. C. N. cIↄ Iↄ CCXXXXIX.

LITTERIS GOTTLOB FRIDR. RVMPFFII.

5

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO

PER-ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO

IOHANNI HENRICO

AB HERINGEN

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS

ET ELECTORIS SAXONIAE

A CONSILIIS SANCTIORIBVS, CVBICVLI

ET AERARII

[illegible] RELIQVA [illegible]

Digitized by

CVIUS

AD INDVBITATAM PROSPERITATIS SPEM

VIRTVTES

AD VENERATIONEM PARITER AC DELECTATIONEM

NOMEN

MEMORARE SVFFICIT

PIA MENTE

PARVVM HOC OPVSCVLVM

TANTARVM VIRTVTVM TANTI NOMINIS

D. D. D.

ADMIRATOR ET CVLTOR PERPETVVS

BENEDICTVS CHRISTIANVS DEER.

GENEROSARVM mentium, hoc eſt, TVAE ſimilium, haec indoles atque natura eſt, VIR PER-ILLVSTRIS EXCELLENTISSIME, vt DEVM imitentur, qui, licet debita a miſellis mortalibus deleri nunquam poſſe, ſciat, largus tamen eſſe et clemens non deſinit. Mirifica enim, quae in TE eminet, humanitas, non patrem ſolum exornavit meum identidem, ſed et in me quidem, luce meis ſtudiis allata, fructus redundabant, non ſpernendi. Quae cum me cum cogitarem, cogitatio autem ea mihi ſubinde fuit et frequens et quotidiana, petii a NVMINE DIVINO, in quo mihi bene optatum ſciebam, vt, cum ne tantillum quidem reddere poſſem, animum tamen ſignificare, occaſionem praeſtaret, ne ex hoc deleta, quo nihil ingratius cognoui, TVA in me merita viderentur. Quaeſo itaque a TE, EXCELLENTISSIME VIR, mihi, audacem eſſe liceat, non temerarium ac imprudentem, ſed neceſſa-

rium et pium, ſed et fortunatum. Ducam enim per omnem vitam bonori maximo, TVO NOMINI dedicaſſe cogitationes has, incompta quidem oratione et perleves, at eas tamen de terra, quam tantopere ſapientiſſimis conſiliis iuuare ſoles. Dabit votis meis DEVS, vt me pia deſideria non fallant, quibus, quod ſatis eſt, contingit, ſi TIBI proſpere res TVAE omnes euenient. Hoc ex ſumma moderatione atque ſapientia auguramur, qua in rebus gerendis, liberandis, decernendis vteris. Hoc animi TVI excellentia, hoc virtutes promittunt, quas in TE ſuſpicere et venerari, aeque cum aliis bonae mentis alumnis, mihi euenit. Hoc NVMEN SVMMVM annuet, cui, PATRVM SAXONIAE ſalutem, curae ſemper eſſe, laetamur.

§. I.

SILETVR de vltima SAXONIAE SVPERIORIS conditione, nec animum, rerum indagantem primordia, ſpes erigit, fore, vt, quod olim in ea geſtum ſit, qui incolae, quaeve natio ſedes has noſtras inhabitare coeperit, cognoſcatur. In ea enim ſumma barbarie, quae per GERMANIAM omnem regnabat, indigena, litteris ſua tempora mandare, didicit nullus. Bello tandem, prouinciis trans RHENVM, illato, pauca ſunt, et ea vndique tenebris offuſa, quae germanici nominis hoſtes conſignarunt, quibusque de regione noſtra, ſtudioſa erudiri queat poſteritas. Mutabantur cum cultu DEI, incolarum etiam mores, et noua ſacra procurantes ad ſcribendi ſtudium ſe conferebant. Illi autem, rerum germanicarum ſcriptores, iam ſuo tempore, maiores ſocordiae arguebant, & quantum fieri poſſet, mederi meditabantur. Haud pigebit REGINONEM audire, natione TEVTONICVM, in epiſtola, ADALBERONI, TREVERENSI EPISCOPO, ſcri-

Digitized by Google

ſcripta, quam annalibus ſuis praemiſit, loquentem: *a*) Indignum mihi viſum eſt, vt, cum Hebræorum, Graecorum atque Romanorum, aliarumque gentium hiſtoriographi res in diebus ſuis geſtas, ſcriptis, vsque ad noſtram notitiam transmiſerint, de noſtris, quanquam longe inferioribus temporibus, ita perpetuum ſit ſilentium, vt quaſi in diebus noſtris aut hominum actio ceſſaverit, aut fortaſſis nil dignum, quod memoriae fuerit commendandum, egerint, aut ſi res memoratu dignae geſtae ſunt, nullus ad hæc litteris mandanda idoneus inuentus fuerit, *notariis per incuriam otio torpentibus*. Nec ſciebat, quid a majoribus noſtris actum ſit DITMARVS, cuius induſtria factum eſt, vt illuſtrari antiquitates noſtrae, de rerumque ſaxonicarum originibus non paucis, diſſeri poſſet certius. Ea autem erat in hoc homine modeſtia, vt, ignorare ſe, ingenue profiteretur, quibus ad prima initia ſuus poſſet annalis perduci: *b*) Ditmarus, inquit, non ſolum honoris, verum etiam nominis indignus epiſcopalis Merſeburgenſis, ſeriem ciuitatis olim longe lateque cluentem, nunc autem obliuione ſenio caligantem, feruens retegere, admodum vereor, fumum ex fulgore, inſcitia producere vel imus faber ſumma operis deficere — *qui eiusdem principes, vel quae eorum virtutes fuerint, ante Chriſti incarnationem, vel poſt, qui antiquorum ſagaci memoria indagare nequeo, nec per ſcripta invenio, ne mendax inueniar, prorſus omitto.* Quae cum eum fugerent, ipſe etiam, vt tempora erant, leuiter litteris imbueretur, multo-

a) In Collect. IOH. PISTORIO NIDANO, tum BVRC. GOTTH. STRVVIO curante. Tom. I.

b) In Coll. Ret. Bruns. GOD. GVILH. LEIBNITII Tom. I. pag. 324.

multorum κορυφαῖος legitur, qui poſt eum in eo errore verſabantur, vt vrbem, CHRISTI nativitate antiquiorem, romanumque opus, crederent. Fabulam hanc, in praefatione ſua expoſuit: Huius (Merſeburgi) a primo fundamentum, et cum terra ſuper aedificationem Romulea ex gente, quae Julium Caeſarem, Pompeii generum eſt haec olim ſecuta, in omnibus potentem et vtrisque viribus praeclaram incepiſſe, lector diligens accipe. Et quia tunc fuit apta bellis, et in omnibus ſemper triumphalis, antiquo more, martis ſignata eſt nomine. Poſteri autem Meſe, id eſt, mediam regionis nuncuparunt eam, vel a quadam virgine ſic dicta eſt. Hactenus Ditmarus. Animos deinde, vt plura a latinis condita caſtella in SAXONIA noſtra quaerent, CONRADVS BOTHO, *brunſuicenſis* civis inducebat, cuius ex chronico picturato, *c*) ceu ex flumine riuuli, in aliorum ſcripta errores emanaſſe videntur. Ille enim primus de planetarum vrbibus, leuem narratiunculam, et ab ALBERTO CRANZIO aliisque ſubinde exploſam, contexiſſe creditur. *d*) Quamuis autem

c) Cronecken der Saſſen, prodiit in folio minore 1492 ex officina Petri Schöfferi. Inſertum etiam Collect. S. R. *Bruns.* Godefr. Guilh. Leibnitii Tom. III. p. 279.

d) In Saxonia p. 21. Ed. Francf. ad Moen 1580. Libet hoc loco exagitare eorum inſcitiam, qui Iulium Caeſarem aiunt in Germania ſeptem opportunis locis arces de nomine ſeptem planetarum fundaſſe, quam velut ſacram hiſtoria ſtulti adorant. In ipſa quidem narrationis ſuae fronte prodit FABVLATOR inſcitiam ſuam. (Conradum Bothonem ſubintellige, vt ſermonis nexus docet, nomine ſilentio praeterito.)

autem in eo errore deprehenditur rude rerum romanarum caput, vix tamen ex eo, ceu minerua a ioue, fabulam natam putarem, cum alias non diſſimularet, quae eum laterent. Ille enim ad Merſeburgum: Des vinde ick nicht, hoc ſcriptum non inuenio, ad annum DCCCLXXXVII. Itlicke ſchrifft hoſt vt: Quaedam ſcripta explicant. Ad Baſileam. Ick finde in der Schrifft. Scriptum fuiſſe, inuenio. Initioquoque, mentem ei non eſſe, Romanorum res in Germania geſtas, exponere, fatetur: Duſſe hiſtoria wil ick laten ſtan, und wil ſeen van den Saxſen. So wil ick den datum anheven, van ten tyden do Konig Karle - - wat de vorder wil weten, wat twiſchen Goddes bord unde Koningh Karels tyden geſcheyen is, de mag he de romiſche unde engliſche chronica leſen. *Hanc hiſtoriam miſſam facio, quae a Saxonibus peracta ſunt, narraturus. Incipiam itaque a morte Caroli Regis - - quid antea factum ſit, inter tempora verbi Dei et mortis regis Caroli, ſi quis ſcire cupiat, ei, vt romanos anglorumque voluat annales, ſuaſor ſum.* Cum eo THVRINGIAE ſcriptores faciebant, quorum mira multitudo eſt, qui IVLIVM CAESAREM in Germania vrbes condidiſſe tradiderunt, quibus etiam motus fuit BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS, vt *communem* eam Thuringiae Chronographorum traditionem nominaret. *e*) Ex his tamen, quantum mihi licuerit, neminem inveni, qui BOTHONIS argutias ita eſſet ſecutus, vt ad ordinem planetarum, easdem vrbes diſtribueret. Tandem ERASMVS STELLA prodiit, ingenioſus in noſtra terra caſtellorum maxima ex parte architectus. Quum enim cognoſceret,

e) Ad hiſtoriam Scriptoris de Landgraviis Thuringiae pag. 1297.

Digitized by Google

ſceret, nihil de primis civitatibus per tot ſecula fuiſſe dictum, multumque haberet ad fingendum ingenii, ſupplere, quae deſiderarentur, iisque velificari ſtuduit, *f*) quorum non pauci erant, qui, minus cauti, ad credendum commouerentur. Quod etiam a credula gente eo impetrauit facilius, cum ei doctrina ineſſet et calliditas, nec multi ſtudioſe patriae fata et diligenter curarent. Ea tandem SAXONIAE felicitas obtigit, vt emunctae naris homines hiſtorias noſtras anquirerent, acrique et intento animo res in patria geſtas intuerentur. Qui quidem, vt nihil fere eorum induſtriae effugerit, fabulae etiam caſtellorum in SAXONIA a Romanis conditorum, mentionem fecerunt: nullus ordine eam expoſuit. Quum autem aptum cognoſcerem et ad altercationem conueniens argumentum, vt ſolent, quae dubia ſunt, periculum feci, quid veri fabulae in ſit, enucleare.

§. II.

DIV iam bello ITALIAM GALLIAMque laceſſiverant Germani, varioque marte ad Rhenum pugnabatur. Flumen tandem transgredi, ipſique hoſtili terrae arma miles inferre romanus didicerat. Rheno ponte impoſito, copias, quod ante eum nemo tentauerat, in has cisrhenanorum regiones IVLIVS CAESAR abduxit. Quamuis autem neque potuit diu, neque voluit in Germania

f) Id non praeterire potuit oculatiſſimos duum viros, autores analectorum diplom. SAXON. SVP. vbi Part. III. p. 500. alter eorum, G. C. KREYSIG fraudes STELLAE detexit feliciter.

Digitized by Google

autem in eo errore deprehenditur rude rerum romanarum caput, vix tamen ex eo, ſeu minerua a ioue, fabulam natam putarem, cum alias non diſſimularet, quae cum laterent. Ille enim ad Merſeburgum: Des vinde ick nicht, hoc ſcriptum non inuenio, ad annum DCCCLXXXVII. Itlicke ſchrifft hoſt vt: Quaedam ſcripta explicant. Ad Baſileam. Ick finde in der Schrifft. Scriptum fuiſſe, inuenio. Initioquoque, mentem ei non eſſe, Romanorum res in Germania geſtas, exponere, fatetur: Duſſe hiſtoria wil ick laten ſtan, und wil ſeen van den Saxſen. So wil ick den datum anheven, van ten tyden do Konig Karle - - wat de vorder wil weten, wat twiſchen Goddes bord unde Koningh Karels tyden geſcheyen is, de mag he de romiſche unde engliſche chronica leſen. *Hanc hiſtoriam miſſam facio, quae a Saxonibus peracta ſunt, narraturus. Incipiam itaque a morte Caroli Regis - - quid antea factum ſit, inter tempora verbi Dei et mortis regis Caroli, ſi quis ſcire cupiat, ei, vt romanos anglorumque voluat annales, ſuaſor ſum.* Cum eo THVRINGIAE ſcriptores faciebant, quorum mira multitudo eſt, qui IVLIVM CAESAREM in Germania vrbes condidiſſe tradiderunt, quibus etiam motus fuit BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS, vt *communem* eam Thuringiae Chronographorum traditionem nominaret. *e*) Ex his tamen, quantum mihi licuerit, neminem inveni, qui BOTHONIS argutias ita eſſet ſecutus, vt ad ordinem planetarum, easdem vrbes diſtribueret. Tandem ERASMVS STELLA prodiit, ingenioſus in noſtra terra caſtellorum maxima ex parte architectus. Quum enim cognoſceret,

e) Ad hiſtoriam Scriptoris de Landgraviis Thuringiae pag. 1297.

Digitized by Google

ſceret, nihil de primis ciuitatibus per tot ſecula fuiſſe dictum, multumque haberet ad fingendum ingenii, ſupplere, quae deſiderarentur, iisque velificari ſtuduit, *f*) quorum non pauci erant, qui, minus cauti, ad credendum commouerentur. Quod etiam a credula gente eo impetrauit facilius, cum ei doctrina ineſſet et calliditas, nec multi ſtudioſe patriae fata et diligenter curarent. Ea tandem SAXONIAE felicitas obtigit, vt emunctae naris homines hiſtorias noſtras anquirerent, acrique et intento animo res in patria geſtas intuerentur. Qui quidem, vt nihil fere eorum induſtriae effugerit, fabulae etiam caſtellorum in SAXONIA a Romanis conditorum, mentionem fecerunt: nullus ordine eam expoſuit. Quum autem aptum cognoſcerem et ad altercationem conueniens argumentum, vt ſolent, quae dubia ſunt, periculum feci, quid veri fabulae in ſit, enucleare.

§. II.

DIV iam bello ITALIAM GALLIAMque laceſſiverant Germani, varioque marte ad Rhenum pugnabatur. Flumen tandem transgredi, ipſique hoſtili terrae arma miles inferre romanus didicerat. Rheno ponte impoſito, copias, quod ante eum nemo tentauerat, in has cisrhenanorum regiones IVLIVS CAESAR abduxit. Quamuis autem neque potuit diu, neque voluit in Germania

f) Id non praeterire potuit oculatiſſimos duum viros, autores analectorum diplom. SAXON. SVP. vbi Part. III. p. 500. alter eorum, G. C. KREYSIG fraudes STELLAE detexit feliciter.

mania commorari, ei tamen, quem ipſe non deſiderat, a poſteris honos habetur, dum noſtri domitorem populi, et caſtellorum conditorem prudentiſſimum nominent. Ipſe, quo intelligerent hoſtes, et potuiſſe et audere populi romani exercitum, Rhenum tranſire, cum tam facile impellerentur, vt in Galliam venirent, cauſam fuiſſe ait, iuſtiſſimam. Cui VSIPETVM et TENCHTERORVM reſponſio: populi romani imperium Rhenum finire, tum VBIORVM preces acceſſerant. Iis de cauſis, Rhenum tranſire decreuerat. Ita enim ille: g) *Omnibus his rebus confectis, quarum cauſa exercitum transducere conſtituerat, vt Germanis metum iniiceret, vt Sicambros vlciſceretur, vt Vbios obſidione liberaret, diebus omnino XVIII trans Rhenum conſumptis, ſatis et ad laudem et ad vtilitatem profectum arbitratus, ſe, in Galliam recepit, pontemque reſcidit.* Nec altera expeditione, ea opera, quæ dicuntur, exſtrui ab eo potuiſſe, hiſtoria edocemur. Auxilia enim, contra eum, Treuiris miſſa, tum, ne AMBIOTRIX receptum haberet, pontem iterum Rheno imponere mouerant. Siue autem inopiam frumenti veritus, ſiue barbarorum arma, longius progredi et ad Albim penetrare noluit. Ea quidem ſecum non reputavit hiſtoriae erphesfordenſis ſcriptor de THVRINGIAE LANDGRAVIIS, cuius, et aliorum fabulas, quibus tantae CAESARI victoriae canuntur, magis, vt cum SVETONIO loquar, ne prætermitterem, retuli, quam, qui verum noſtris temporibus, aut veroſimile, putem. Fabula autem ERPHESFORDENSIS ita compoſita eſt: Iulius reliquis in partibus nunc Saxoniae, ob venerationem Lunae, cuius radios vidit, quadam nocte in quodam monte aedificauit Luneburg

g) De Bello Gall. Lib. IV. c. XIX.

neburg et compellebat Thuringos adorare Lunam ſecundum modum romanorum. In partibus orientalibus misniae Iulburg, quod nominatur modo Ylburg. In partibus nunc Thuringiae Cuſſze, quod nomen eſt gallicum id eſt confuſio, in perpetuum argumentum, quod regnum Thuringiae fuit per eum confuſum. In partibus Haſſiae conſtruxit Wimmelburg & poſuit ibi plus LXX milites, contra Thuringos. Idem plura caſtra aedificauit in Rheno, in Francia contra regnum Francorum ſcilicet Iuliaceum, Nouiomagium. &c: *h*) Non ea tamen omnium THVRINGIAE ſcriptorum relatio eſt, cum mutare, coniecturasque immiſcere alias, religioni ab iis non duceretur. Quae enim a MONACHO ISENACENSI aliisque dicuntur, quamuis ſinguli CAESAREM aedificaſſe ſciunt, non plane tamen in in omnibus conſentiunt. Ex noſtris, ſcriptorem *terrae* audiamus *Miſnenſis chronicae, in qua breui annotatione res circum circa geſtae comportantur: i*) *Iſti reges* (Germanorum) in pace poſſederunt terras eorum vsque ad tempora Iulii Caeſaris, parum ante tempora Chriſti, euolutis quatuor millibus annorum a creatione mundi. Poſt fundationem itaque vrbis Romae, euolutis aliquibus annis, Romani coeperunt creſcere nimium in diuitiis potentia et gloria, ita, vt niterentur

h) In Coll. Scr. R. S. IOH. PISTORIO NIDANO, poſt eum BVRCARDO GOTTHELF STRVVIO curante. Tom. I. pag. 1297.

i) In actis litterariis ex MSptis erutis atque collectis cura B. G. STRVVII Tom. II. Faſc.: VII. pag. 556.

tur totum mundum ſibi ſubiugare. Audientes in Gallia et Alemannia, quam plures Reges; qui non curabant regnum Romanorum: miſerunt ſtrenuiſſimum ducem IVLIVM CAESAREM in Alemanniam, cum innumerabili multitudine, qui per decem annos ibi pugnauit et multa ſtrage populi ex vtraque parte facta, ſubdidit romanis, regna in aquilonari parte. Et ne amplius ſibi reges eligerent, plura aedificauit caſtra, quae tribuit nobilibus inibi inhabitantibus. In Saxonia Luneburg: In occidentalibus Iuliburg, quod nunc dicitur Ileburg. In partibus Thuringiae Kyphuſen, quaſi confuſio regni Thuringiae: in partibus Haſſiae conſtruxit Bommelburg: et *plura alia caſtra.* Fuerunt tamen, qui lenire aſperitatem fabulae, quae vulgo CAESARI adſcribuntur, neſcio cui ILBAE vel eiusdem fere nominis duci attribuendo, voluerunt. Quis enim fuit ſtrenuus ille ADAMI VRSINI MOLYBERGENSIS quem in Saxonia noſtra fuiſſe refert? Alſo inquit, wart auff die Meiſner- und Oſterlender eyne Burgk gebauet, die nante man von eynem Haubtmann Ilo, Iloiburg, die wir nennen Eylenburgk. In Sachſen wart gebauet bey Mondsſchein Lunenburg. In Duringen wart eine Burgk gebauet, die nanten die Romer Confuſion, bey dem Hartze gelegen, die ſich deutet eine Verſtörunge, denn damit verſtörten die Roemer das Konigreich der Duringer. Dieſelbige Burgk nennen wir itzund Kufhauſen oder Kiffhuſen. In Heſſen wart gebauet Boynenburgk von Holtze und auf die Burgk worden LXXII Ritter geſazt. In Weſtfalen bauete Iulius der Romer Oberſter, Neuenmag, das nun ein Hertzogthumb geworden iſt. An dem Reyne bauete ehr auch Iulich, nach ſeinem Namen genent.

nent, Dis geſchah als Rom 700 Iar geſtanden hatte und wol funfizig Iar vor Chriſti Geburt. (*l*) De ILBA duce in poſterum.

§. III.

COMPOSITAE maiori cum prudentia eorum fabulae ſunt, qui, quod IVLIO CAESARI, vetante hiſtoria, nihil tribui poteſt, DRVSO, famam maiorem, victoriis in Germania partam relinquenti, adſcripſerunt. Quamuis enim a cupiditate, quoquo modo imperium vel bellicam gloriam augendi, AVGVSTVS aberat, *m*) quatenus ſciebat, patrem ſuum CAESAREM, bis traiecto ponte Rheno, quaeſiſſe bellum, in illius honorem concupiit, facere prouinciam. *n*) In eo DRVSI belli fortuna vti conſtituit, quem non minus in rebus gerendis promtum, quam excogitandis eſſe, cognouerat. Quid ab eo proſpere ſit in Germania geſtum, noſtro in primis ſeculo, certatim a principibus in hiſtoria viris expoſitum eſt. Non per adulationem, ſed ex meritis, defuncto dubia morte in Germania, ſenatus cognomen ex prouincia dedit. Cui audacia non defuit, Herculis columnas adire, niſi Oceanus obſtitiſſet, in ſe ſimul atque in Herculem inquiri. *o*) Cuius tanta fuit, cum felicitate iuncta virtus, vt germanos trans albim ſubmouiſſe, prouinciae domitor, ingentesque

l) In Coll. S. R. GER et SAX. IOH. BVRC. MENCKENII Tom. III. pag. 1242.

m) Suet in Aug:

n) Flor: Lib: IV.

o) Tac: de Mor. Germ.

Digitized by Google

teſque copias cecidiſſe dicatur. Quas ei laudes, qui facta eius olim memoriae tradiderunt, ad vnum omnes, denegare, vt noſtrates etiam, viri virtute moti, noluerunt. Operae itaque pretium erit, ſigillatim, quae ei in SAXONIA noſtra adſcribuntur, percenſere.

§. IV.

CASTELLVM in VOIGTLANDIA antiquiſſimum, quod VOIGTSBERG vſurpatur, et ortum DRVSO, et appellationem debere, fama percrebuit. Novum ei pondus inſcriptione accedit, quae cum antiqua eſt, et autore ignoto ſcripta, hominum ingenium exercuit. Quorum non nulli, io dixerunt paean, tanquam ſi ipſi DRVSVM hoſtes profligantem, comitati eſſent, oculis cernentes in opere romanos: alii, negando, omnem rem perfici poſſe, putarunt. Non ea neſciebat, quisquis fuerit, qui, de hiſtoria huius terrae bona verba locutus, et ea curis digna cenſeret. Anonymi enim ſunt, in libello: Bedencken von dem iezigen Zuſtand und ferneren Verbeſſerung der Voigtlaendiſchen Hiſtoriae, *p*) quae pagina quarta leguntur: Denn bey denen meiſten Büchern, ſo von dieſer Hiſtorie handeln, findet man noch vieles auszuſetzen, in dem ſie zum Theil mit allerhand Fabeln und ungegründeten Erzehlungen angefüllet ſind, wohin zum exempel, das Vorgeben, von der Romer Heerzugen und den daher entſtandenen Vrſprung deſſelben. Sed ad caſtellum, quod Voigtsberg audit, redeamus, cuius primam aliis cum expoſuiſſe hiſtoriam ENOCHVM WIDEMANNVM, in chro-

p) Prodiit Erfurdi. 1731.

Digitized by Google

chronico CVRIAE, de SAXONIAE noſtrae hiſtoria praeter caeteros, vir bene meritus, teſtis eſt, IOHANNES BVRCARDVS MENCKENIVS. *q*) Inter alias, ENOCHVS ait, etiam arcem in agro oelsnicenſi, (Imperatorum deinde praefecti & praetores, quoniam plerumque ibi habitabant, praetorium montem (den Voigtsberg) dixere,) condidit, ſicuti ex vetuſtis verſiculis, quondam ibi inſcriptis colligimus, qui ita habent:

Caſtra locans Druſus hic praetoria nomina monti
Fecit: poſteritas ſeruat et ipſa ſibi.

Hoſce latinos Praefectus quidam terrae obliterauit et ſequentes rhytmos germanicos ſaxo inſculpſit:

Druſus der edle Romiſch Voidt
Bauet dieſen Berg in der Not,
Do er Krigs in Deutſchlanden pflag
Voitsberg heiſt er uff diſen Tag
Von dem das ganz umligend Landt
Ward allenthalb das Voitland genant.

Ex quibus iudicari poteſt, poſt Chriſtum natum ab hoc Druſo, Auguſti ex vxore Liuia privigno, Voitlandiam quoque cum caeteris Germaniae populis in Romanorum poteſtatem redactam fuiſſe. Hactenus WIDEMANNVS. Reliqua ab eo et aliis, qui chronico hoc vſi videntur, neglecta ſunt, quae, cum hiſtoriam illuſtrent, adiicio propterea, quod mos obtinuit, in his terris, illi veterum Germanorum haud abſimilis, memorabiliter ſui temporis geſta, carminibus ſeruare. Ea carmen de plagio CONRADI KAVFFVNGII in libello

q) In Coll. S. R. G. et Sax. Tom. III. p. 634. Ea e vernacula in latinam ibi trans tulit CAROLVS GOTTLOB HALTAVS.

bello IOHANNIS VVLPI: r) Wir wollen ein Liedel heben an; de occupatione HETSTADII s) ANDREA HOPPENRODIO annotante: Auff einen Dienſtag es geſchahe; de minis Marienbergenſibus, SIMONIS ROESLERI: t) Seit from und froehlich alle, et alia quam plurima teſtantur. Quae autem hiſtoriae Voitsbergenſi inſeruiunt, ab aliis non adiecta, PETRVS ALBINVS, cum quondam Olsnitzl commoraretur, ſua manu deſcripſerat.

Die Burgk die blieb eine lange zeit
Wie durch die Schrifft wird ausgeſeit
In des Roemiſchen Keyſers gwalt
Hernach wurde ſie zugezalt
Einr edlen Herrſchafft Lobeſan,
Die gwan von Voigtsberg ihren Nam,
Die Burg die ſtand viel manche Iar,
In ihrer Hand, ohn alle gfahr,
Bis dreyzehn hundrt nach Chriſti gburt
Sechs und funfzig Laurentii furt,
Iſt ſie an die Landfürſten kommen,
Zwen Brüder haben ſie eingenommen
Tyringen Meyſn und Oſterland,
Stand die zeit ſelbſt in ihrer Hand
Die Pfaltz zu Sachſen auch dazu
Sie erhieltn den Landen Fried und Ruh,
Gott, in welches handen alles ſteht
Wol ſegnen ihr poſteritet

Und

r) p. 232. edit. D. Dan. Guilh. Trilleri.

s) In Dipl. und cur. Nachleſe von Oberſachſen parte V. pag. 114.

t) ALBINI Meysniſche Berg Chronica Tit. V. pag. 47.

Und ihnen glück und wolfart geben
Nach dieſer zeit das ewige Leben.

Ea etiam, minus accurate, vt ſolet, et a GEORGIO CHRISTOPH: KREYSIGIO crucis ſigno notatus *u*) LAVRENTIVS PECCENSTEIN Theatro ſuo ſaxonico inſeruit *x*) Haeret, calculum atrum in vrnam vel album demittat, nugas ait, quas ipſe mutabili mente defendit. Iſte enim §. LX. Tit: PLAVEN: Wird ſonſt die Gegend Terra Advocatorum und Praetoriana genant, und ſol Druſus der Roemer dieſe Gegend erſt bezwungen, und unter der Roemer Gebiet gebracht, das Schloſſ erſtlichen angelegt, und mit einem Voigt beſetzt haben, inmaſen die alte Schrifft überm Thor zum Voigtsberg ausweiſet, ſo alſo lauten thut: Caſtra &c. Würde alſo die Rechnung zu machen ſeyn, daſs die Burg vor Chriſti Geburt geſtanden. Et ſequenti paragrapho Tit. Voigtsberg. Ampt und Schlos gar vhralter Ankunfft, inmaſſen die Einwohner dero Gegend ſich rühmen, daſs ſolches als auch Schoeneck vber 300 Iar vor Chriſti Geburt in Flore geweſen, und von Druſo Germanico erſt hernacher wiederumb vernewert, ſo aber alles Fabelwerck iſt. An deme iſt es zwar, daſs dieſes Schlos von alter Manier anzuſehen, von den Voigten der Roemiſchen Herrſchafft erbawet, und viel lange Iar in ihrer Gewalt geweſen, und durch vorangezeigte Schrifft zu erweiſen

C 2 auch

u) In prima parte hiſtoriae SAXONIAE SVPERIORIS edit. anni 1749.

x) Tom. II. pag. 41.

auch die Teutſchen Reimen am Schlos alſo lautende, Anzeigung geben: Druſus der edle &c. *y*)

LICET autem modeſtius, vt mea fert opinio, rem nobis GEORGIVS FABRICIVS propoſuit, alienare tamen lectores ſuos ab eorum coniecturis noluit, quibus roma-

y) Alio loco clarius mentem prodit, vt Tom. I. cap. XIX. p. 333. Des vhralten adelichen Geſchlechts derer von Wolffſramsdorff Ankunff und ritterliche Heldenthaten, ſind aus den Roemiſchen Hiſtorien bekant und unlaugbar, daſs zu den Zeiten Keyſers Tiberii, und im Iahr unſers Heylands Ieſu Chriſti im 21. durch deſſen Sueſter Sohn und Mitgehülffen des keyſerthumbs Druſum Germanicum gantz Alemanien oder Deutſchland mit Kriegsgewalt angegriffen, meiſtentheils unter der Roemer Monarchie gebracht, und die Laender in Provincias abgetheilet, inmaſſen denn damahls auch der Strich Deutſchlandes, ſo ietzo das Voigtland und Terra Advocatorum et Praetoriana Romana genant wird, auch unter der Roemer Gewalt bezwungen, und durch obermelten Druſum Germanicum, wegen luſtiger Gelegenheit des Ortes, und des Landes Fruchtbarkeit von allen dem, ſo zu menſchlicher Unterhaltung von noethen, eine Feſtung und Propugnaculum daſelbſten angelegt, ſo noch heut zu Tage der Voigtsberg genennet wird und eine lange Zeit daſelbſten in eigener Perſon reſidiret, bis daſs alles zu Ruhe gebracht, und er andere weitere Kriege zu führen, vom Keyſer Tiberio auffgefodert, iedoch iederzeit des Orts Roemiſche Voigte, Locum tenentes und Stadthalter verblieben, die Vnterthanen als auch Benachbarte in der Roemer Dienſte und Pflichten zu halten.

Digitized by Google

romanorum arma hanc SAXONIAE noſtrae partem occupaſſe, videntur. *Civibus,* enim inquit, *repugnantibus oppidum præcipuum Elector occupat, et illam omnium* z) *antiquiſſimam Vodbergam,* quam non nulli a Druſo praetore romano perhibent, extructam: unde etiam Vodlandiam, quaſi terram praetorum, ſeu vt ſcriptores recentiores, advocatorum, dictam volunt. Veterum ibi Nariſcorum ſedem fuiſſe veri ſimile eſt; *ſed quid in illis locis egerint romani, vere affirmari non poteſt.* Sed MONACHVS PIRNENSIS, ſedulus ſui temporis ſcriptor, qui non condemnenda congeſſit, quibus lux poſſit hiſtoriae noſtrae accedere, auxilio venit? Nae parum commodis conſulunt, quicunque eum, maiorem iudicem appellant, quin potius, ne cauſa cadant, verendum ſit. Nunquam iis ſubvenire opitularique, monacho mens fuit, tantum abeſt, vt eorum cauſae patrocinium ſuſcipiat. Retulit enim in commentarios, quos confecit, rumores, vt ſuo tempore ad eum perferebantur, ipſe illis fidem denegavit. a) Voigtsberg, ein Schlos bey Oelſnitz in latein Mons Præfecti, *ſoll* das erſte Schlos Voitlandes ſein, von Druſo, von den Roemern dahin verordnet, erſtlich erbauet. Voigtsbergum, caſtellum haut procul ab vrbe Oelſnitz, in Voigtlandia, quod latini Montem præfecti nominare amant, primum *dicitur* caſtellum Voitlandiae, quod Druſus a romanis miſſus, aedificandum curaverit. Et in hiſtoria VOIGTLANDIAE b) *ob dem alſo, iſt Gott bekannt,*

z) Origines Saxoniæ Lib. VII. p. 778.

a) Zuſaetze zu den Pirniſchen Münch, in Diplom. und curieuſen Nachl. Part. I. p. 272.

b) Ibidem.

kannt. Quid, quod alio loco *c*) facere non potuit, quin ſententiam opinionemque declararet: Man weis wol, waſſerley wuſtenunge allenthalben yn dyſer lant art innerhalb VI. C. Iar geweſt, von wyndiſſcher dorffer cyntzlich aufgericht. Non incompertum eſt, per ſecula ſex omnia in ea regione ſilvis plena fuiſſe, ſolumque vandalorum villis inhabitari, eſſe coeptum. Et recte quidem PIRNENSIS, erat enim deſertiſſima et inculta regio, quae ne pagi quidem nomen obtinebat, vt in Geographia Soraborum et Vandalorum CHRISTIAN SCHOETTGENIVS docuit. *d*) Ad ea etiam diploma ſpectat anni MCCVIIII. et in eo verba: *e*) In Mildenvorde decem manſos, quorum ſumma cum NOVALIBVS attinentibus, viginti manſis equatur. In villa Mildenvorde vnus manſus cum ſuis NOVALIBVS domini Wolfferami et vnus manſus Echelleri cum ſuis NOVALIBVS. Sed caſtelli antiquitas PECCENSTEINIVM aliosque ad credendum induxit, loco ſupra allegato: An dem iſt es, daſs dieſes Schloſs von alter Manier anzuſehen, von den Voigten der romiſchen Herrſchafft erbauet. Neſciebat autem LAVRENTIVS, eius architecturam, licet antiquam, gothaicam tamen eſſe, non romanam, vt alia etiam, in eadem vicinia, quae adhuc cernuntur (§. V.) Eius rei fidem nobis facit IOHANNES GODOFREDVS BVCHNERVS, quem eſſe coniicio, qui Voigtlandiae hiſtoriam illuſtrare

c) Excerpta Saxonica ex Monacho Pirnenſi in Tom II. Coll. S. Ret. Germ. et Sax. IOH. BVRC. MENCKENI p. 1540.

d) pag. 373.

e) In Tom. I. des Erlaeutert. Voigtlandes, pag. 65.

Digitized by Google

re ſtuduit. *f*) Non romana, inquit, huius caſtelli architectura eſt, ea potius contemplantium vultum ſubit, qua, gothorum more, veteres germani vtebantur. (Die Architectur an dieſem Schlos iſt gar nicht roemiſch, ſondern faelt ieden mit ihrer alt teutſchen gothiſchen Art gleich in die Augen.) Sed cum omnes fateantur, ab hoc caſtello terram appellationem ſortiri, HENRICO, BERCHTAE, comitiſſae de Tyrol, marito, quae ei quatuor HENRICOS peperit, ſinguli advocatorum dignitate excellentes, fundatorem, autumo. In his MONACHVM BOZAWIENSEM ſequor, ad annum MCXCIII. *g*) *HENRICVS nobilis dominus de Wyda et totius terrae advocatus, praepotens poſſeſſor et dominator.-- HENRICVS denique praedictus ſenior, fundator monaſterii Milphurdenſis, dictus fuit tanquam excellenti titulo advocatus, ſeu vulgariter Voit de Wyda et ita poſteri eius per multa tempora. Nam totam terram advocatorum, quae et tunc, ſicut et nunc, das Voitland dicebatur et dicitur, poſſedit.* Videtur autem nomen primum non ab advocati titulo, quam a ſancto VITO accepiſſe, (et enim eadem eſt τὸ VEIT ac VOIT, pronunciatio,) ita, vt, ſi ad originem ſpectaremus, terra advocatorum, vt audit, terra S. VITI diceretur. Quae, licet dubie proferantur, non tamen prorſus indigna auribus iudicantur, vt Monachi Pirnenſis: *h*) Veytsberg etwo Gliſperck, in Voitlande, bey Miltenfort, Cronswitz, Wyndſchentorf und

f) Erlaeutertes Voigtland Tom. III. pag. 209.

g) CHRON. CITIZENSE, in Coll. S. Rer Germ. IOANNIS PISTORII NIDANI Tom. I. p. 1160.

h) Excerpta Saxonia ex Monacho Pirnenſi Tom. II. p. 1540. in coll. SCR. RER. GERM. et SAX. T. B. MENCKENI.

und Weide, eine alte Kirche, dahin von fernen in vorgeczeiten czu diſer Kirchen ſeint gangen, auch hat S. Veit aldo bey den gephlagten groſſe czeichen beweyſt. Et monachus Bozawienſis, loco cit: Notandum eſt etiam, quod ſupra dictus Henricus, ſenior videlicet dictus eſt Henricus de Weida, eo quod ipſe et pater ſuus tranſtulerunt a monte ſancti Viti civitatem, nunc trans Elſteram poſitam. Res clarior eſſet, niſi commentitium iudicaretur diploma *i*) fundationis S. VITI, vbi verba: Diſer Graf Hainrich iſt der erſte von Wayda genannt, darumb, das er und ſein Vater Graf Eckebert, das Schlos von Sanct Veitsberg, den man erſtlich den Gleisberg genant hat und ſie davon die Grafen von Gleisberg mit ſamt der Stadt, vormahls genſten der Elſtern gelegen, an izigen Orth gebauet haben. Quanam manu caſtello verſus inſcripti ſunt, non liquet. BENIAMINI LEVBERI ingenioſa magis coniectura eſt, quam quae aliis poſſet argumentis ſuffulciri: *k*) Huius vrbis nomen cum pronomine germanico, der Ruſs exaratim vidiſſe paedotribam quendam recentioris ſeculi, pronomen cum appellativo conjungentem, quo, pro der Ruſ (der Reus) Druſum illum Germanicum finxerit.

§. V.

IVNGITVR caſtello plerumque, cuius originem perſcrutati ſumus, aliud, quod vrbi SCHOENECK appoſitum eſt, ſingulari ab omni tributo publico immunitate, memorabili,

i) MVLLERI Staats-Cabinet Tom. III. c. V. p. 202.

k) Catallogus Comitum Baronum et Toparch. Sax.

Digitized by Google

morabili, quae ciuibus otia CAROLVS IV. fecerat. A vulgo hoc, vt olim, et noſtro tempore probatur, quod, CICERONE teſte, ex veritate pauca, ex opinione multa aeſtimat. Sic eſt. ALBINVS iam, in ore atque in ſermone hominum eſſe, caſtelli antiquitatem, feliciſſimum humano generi CHRISTI nativitatis tempus anteire, annotandum exiſtimauit, DRVSVM autem denuo conſtruxiſſe. Die Beywohner eins theils rühmen ſonſt auch, doch ohne grund, es ſey Vogtsberg allbereit vor Druſo geſtanden bey dreyhundert Iaren vor Chriſti Geburt, desgleichen das alte Schloſs Schoeneck, welche beyde hernach von Druſo nur aufs neue aufſgebawet worden. Docet autem architecturae ratio, eorum non longiorem, aliis ibi poſitis turribus, aetatem, quae FALCKENSTEINI, AVERBACHI, NEVENBERGI etc. cernuntur. Nec obſcurata eſt & euanuit hodie fabula. Certiores nos facit IOANNES ERNESTVS MARBACH, qui de hac vrbe, vbi ſacra docuit, non nulla memoriae tradidit: Wenn die Rede des gemeinen Mannes etwas beweiſen ſolte oder könte, ſo müſte dieſer Thurm ſchon dreyhundert Iahr vor Chriſti Geburt ſeyn erbauet worden. *m*) Ipſe originem appellationis Vogtlandiae mira litterarum mutatione ex latinis deduxit. *n*) Nomen enim Vogt a Praefecto derivari poſſe; omiſſa praepoſitione PRAE, F in V. C. in G. mutando, vocalem E. omiſit, forſitan

l) Meiſn. Land Chron. Tit. XV. pag. 201.

m) Das in der Freyheit lebende Schoeneck. Prodiit 1731. pag. 4.

n) pag. 12.

forſitan absque nullo negotio etiam in O verti, exiſtimavit. Hierauf wurde das Wort VOCT oder VOGT zur Welt gebohren, und ſolcher geſtallt das Wort PRAEFECTVS wieder lebendig. Denn wenn man die erſte Sylbe weglaeſt, wie in Advocatus, ſo kan aus FECTVS oder FACTVS gar leicht VOCT hergeleitet werden, und wie uſus vocabulorum tyrannus iſt, alſo auch literarum, daſs man an ſtatt des F ein V ſetzet, und das C in G verwandelt; hies alſo das Wort VOCT ſo viel, als ein Vorgeſetzter.

§. VI.

AVT benigniorem eius ingenii venam putaremus, qui DRVSVM in appellatione quaerit, quam SORABI olim villae ſuae, illuſtri hodie ELECTORVM SAXONIAE ſedi, dederunt? Teſtantur ANTONIVS WECKENIVS in annalibus DRESDAE, *o*) et, ILLVSTRISSIMVS R. I. COMES de BVNAV, *p*) cuius nomen nobilis ſemper hiſtoriae patriae pars permanebit, olim iam IOSVAM MAHLERVM in ea opinione fuiſſe, qui TROPHAEA DRVSI eſſe et vocari putaſſet. *q*) Dirimere controuerſiam WECKENIVS ſtuduit, primordia in annum cadere DCCCVIII. ex RHEGINONE, probaturus. Auf dieſer Art vnd mit ſolcher vrſaechlichen Gelegenheit nun, iſt Dresden zum erſten angeleget worden, inmaſſen ſolches Rhegino unterm 808 Iahre nach Chriſti Geburt mit nachſolgenden

o) pag. 13.

p) Teutſche Kayſer und Reichs-Hiſtorie. Tom. I. p. 145. et 155.

q) In Dictionario Germanico Latino. Zurich 1561.

Digitized by Google

den Worten: Carolus Magnus hoc anno contra Bohemos caſtrum aedificat Dresdam ad Albim &c. ganz deutlich anführet. Non anguſta RHEGINONIS fides eſt; ſed, mira fides! ſilet RHEGINO. Curatius de ea in Hiſtoria SORABORVM et VANDALORVM diſſeruit CHRISTIANVS SCHOETGENIVS. *r*) MAHLERI excitati veſtigia preſſit alius, in ſcripto germanico: de Romanorum in Germania expeditionibus. *s*) *Haud video*, (latine verba clar. viri reddi poſſent) *quid impediat, quo minus DRESDAM locum, vbi trophaea ſua (Druſus) poſuerit, nominemus. Quid eſt cauſae, cur non nomen huius loci, tanquam veſtigium a Druſo preſente preſſum ſpectemus? Recentioris aetatis mutatio Dresda eſt, et DRESEN et DRESZEDEN ſcriptum fuiſſe, conſtat. Litteris ſeculi decimi quinti certior factus ſum, etiam vrbem Drüſen, ſcilicet ita: DRVESEN, ſcriptam eſſe.* Eas litteras, vt ſolent, qui fidem ſibi denegari nolunt, non adiecit: docent autem WECKENII diplomata, et ante hoc ſeculum et in eo DRESDEN fuiſſe ſcriptis datum. Quae autem alio loco: *t*) Ich glaube nicht, daſs es der Wahrſcheinlichkeit etwas benimt, wenn auch Dresden erſt im neunten Iahrhundert erbauet ſeyn ſolte. Die Gegend hat vorher alſo geheiſen: und bey der Erbauung wird man ganz natürlicher Weiſe den Nahmen beybehalten haben. *Pagus olim ita dictus*

r) In Dipl. Nach. Part. II. p. 184.

s) Abhandlung von den römiſchen Feldzügen in Teutſchland von I. H. G. I. Leipzig. 1748.

t) pag. 50.

dictus fuit: nihil rationi conuenientius coniectura eſt, nomen regionis, vrbi condendae datum fuiſſe. Nullus autem pagus DRESEDEN ſiue DRVESEN ex probatae fidei litteris diſcitur, nulla ſuppania, nullum burgwardum.

RELIQVA IN POSTERVM.

Digitized by Google